

3

CLARISSIMO VI-  
RO, D. NICOLAO VIGNIERIO,  
CHRISTIANISSIMI REGIS GALLIARVM,  
Henrici III. Medico & Historiographo,  
amico obseruando, Iacobus  
Christmannus S.P.



*UANTO amore & humanita-  
tis studio, Vir Clarissime, profe-  
quaris eruditionis & disciplina-  
rum cultores, literæ tuæ non ita pri-  
dem ad me missæ, abunde testantur.  
Scribis enim, nihil te magis optare, & in votis  
habere, quàm ut amicitiam cum hominibus li-  
teratis in eas, eamq; mutuis officijs tuearis &  
perpetuo conserues: qua in re facis, quod & Deus  
& natura omnibus faciendum præscribit. Quod  
autem fructum aliquem amicitie nostræ te perce-  
pisse prædicas, est cur mihi gratuler: quicquid e-  
nim per filium tuum Nicolaum, optime indolis  
ac spei adolescentem, de successione Califarum  
Saracenicorum ad te transmisi, id totum à te in  
Bibliothecam historicam relatum, & secunda  
editione Reipubl. communicandum esse accepi.*

A 2